



Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

Hic liber intitulatur de nurgis curialiu[m] & vestigiis philosophorum/ cuius
loannes Salesberie[n]sis Carnote[n]sis ep[iscopu]s fuit author.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)



Dic liber intitulatur de nugis curialiū & vesti-
giis philosophorum / cuius Ioannes Salesbe-
riēsis Carnotēsis ep̄s fuit author. De quo qui
de authore in cronicis fratris. B. guidonis de
Anno dñi. M. C. LXXX. vel circa / tēpore
se. re. dñi alexandri pape. iiii. ita scriptū reperi-
tur. ¶ Ioannes carnoteñ. ep̄us tam sapiētia
q̄ animi strēnuitate famosus / ab hac vita recedit. Hic socius fuit
sancti Thome martyris Cantuariensis archiepiscopi: cuius vi-
tam & passionem descripsit. Scripsit etiam librum quem intitu-
lauit de nugis curialium & philosophorum vestigiis / in quo de
diuinis ethnicisq; scripturis affatim testimonia cōgerens: satis
innotuit q̄ furerit ipse sapientia affluens / q̄ venustus eloquio: q̄q;
doctrina preclarus. ¶ Vnde scribit quidam / de dicto Ioanne
hoc modo. Ioannes de Salesberis vir alti consilii & prudentie
approbate scripsit ad dominum Thomam virum sui temporis
prudētissimum / Henrici secundi regis anglorum cancellariū
hunc librum / in octo partiales libros distinctum: cui Policrati-
cus nomen est / de nugis curialium & philosophorum vestigiis
eloquio sapienti & venusto. In quo (vt ait Magister Petr⁹ ble-
señ.) optima forma eruditionis est: & propter artificialem sen-
tentiarum varietatem inestimabilis materia voluptatis. Edi-
dit etiam insigni & eleganti metro architrenium quod prin-
cipem trenarum interpretari possumus. Conscripsit etiam vitā
& passionem triumphalem iam nominati sancti Thome post
cancellariatum cātuariensis archiepiscopi: qui in diebus suis so-
lus se pro iustitia dei & ecclesie libertate murū opposuit / cū quo
dictus Ioānes & bonorum tēporaliū suorum rapinā & exilium
longū vt fidelis cū patre filius passus est. Hinc petrus blesē in
epistola ad eū consolatoria manū & oculū sanctissimi archip̄su-
lis eū appellat. Cū autē cōplacuit dño saluatori / labores vnici p̄-
pugnatoris sui morte cōpēsare victoriosa: dū pius Thomas ab
impio milite cedere in sacro capite / Ioannis huius brachium
fere simul precisum est. De cuius consolidatione cū medicus fe-
re post annū desperaret / nocte quadā astitit dicto filio suo mar-
tyr venerabilis / & apprehendens brachiū madida panniculi ce-
da linei inuoluit dicens / vade sanus es. ¶ Post aliquot tempo-
ra dictus Ioannes deo vocante in nobili vrbe Carnotensiū pon-
tifex factus est: vbi dans voci sue vocē virtut / & actione linguā
preueniens post vberes manipulos christi illatos horreo / obiit